

2. *König Heinrich (I) schenkt seiner Gemahlin Mathilde die Ortschaften Quedlinburg, Pöhlde, Nordhausen, Gronau und Duderstadt nebst Zubehör.*
929. Sept. 16.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente
5 clementia rex. Noverint omnes fideles nostri, praesentes scilicet et
futuri, qualiter divina misericordia dispensante sublimati in regnum omni-
bus circumquaque degentibus fidelibus aequo et justo moderamine
praeesse et omnia dei respectu regere cupiamus, placuit etiam nobis
domum nostram deo opitulante ordinaliter disponere. Quapropter
10 legali moderatione astantibus fidelibus nostris cum consensu et asti-
pulatione filii nostri Ottonis et episcoporum procerumque et comitum
petitione dulcissimae conjugii nostre Mahthildae potestativa manu tradi-
mus et donamus quicquid propriae hereditatis in presenti videre habe-
mur ¹ in locis infra nominatis. Haec enim sunt Quitilingaburg Palithi
15 Nordhuse ² Gronau Tuderstete ³ cum civitatibus et omnibus ad praedicta
loca pertinentibus in jus proprium concessimus litis servis mancipiis
utriusque sexus, aedificiis, terris cultis et incultis, agris pratis campis
silvis aquis aquarumve decursibus, molendinis, viis et inviis, exitibus et
reditibus, quaesitis et inquirendis. Et ut cuncti cognoscant eo modo et
20 ea ratione, si nobis superstes extiterit et in sanctae viduitatis pudicitia
permanserit, praedicta loca ei concedendo tradimus, ut libera atque
secura potestate cum omni quaesito eisdem locis invento temporibus vitae
suae feliciter perfruetur; nec non etiam interiorum familiarum collegio-
nem intrinsecus famulantium cum omni suppellectili, cum equariciis ibi-
25 dem inventis potestati illius possidenda perpetualiter praedestinamus.
Et ut nostrae donationis largitio firma stabilisque permaneat, manu
nostra subtus firmavimus et anulo nostro sigillari praecepimus.

Signum domni Heinrici serenissimi regis.

Simon notarius ad vicem Hiltiberti archicapellani recognovi et ⁴

30 Data XVI. Kal. Octobr. anno dominicae incarnationis DCCCCXXVIII,
indict. II, anno autem X. Heinrici gloriosi regis regni. Actum in loco,
qui dicitur Quitilingaburg, in dei nomine feliciter, amen.

Original im Geh. Staatsarchiv zu Berlin s. R. Kaiserurkunden No. 27.

35 Gedruckt bei Erath 2. Ueber die anderen Drucke s. Böhmer, Regg. 911 — 1313
No. 51 und Stumpf II, 1, No. 23.

3. *König Otto I überweist unter anderen Besitzungen auch den Ort Quedlinburg dem von ihm daselbst neu gegründeten Stifte.*
937 (936). Sept. 13.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina favente cle-
40 mentia rex. Noverint omnes fideles nostri, tam praesentes quam etiam

1) So im Original, lies habere videmur. — 2) Ursprünglich stand -husi. —
3) Tutirstete? Die Schrift ist sehr verloschen. — 4) Darauf folgen tironische
Zeichen.